

vole ministrarunt, permittimus illis de bona voluntate omne nostrum spatium curiae suae muris extra metam positis ampliare, et ut ad ipsos muros immediate quantum voluerint et valuerint ipsi et posteri ipsorum aedificent pro commodo curiae saepedictae, sed tantummodo supra muros a valva inferiori usque ad dormitorium dominorum liberum transitum habeamus. In cuius rei testimonium praesentem litteram conscriptam nostris sigillis fecimus roborari. Datum Misnae anno domini M<sup>o</sup>.CC<sup>o</sup>.LXXXV<sup>o</sup>.

Nach dem Orig. im K. Haupt-Staatsarchiv zu Dresden mit den beschädigten Siegeln an Pergamentstreifen. Ursinus St. Afra S. 130 ff. — Hasche Magazin V. S. 593 f.

No. 16. 1287. 5. Febr.

*Der Probst und der Convent des Klosters Sitzenrode bearkunden vier Steine gereinigten Unschlitts als jährliche Abgabe einer Bank in Meissen an den Probst zu Budissin und Scholasticus zu Meissen Thilemann verkauft zu haben.*

Nos Henricus praepositus, Kyrstina priorissa de Rogewitz totusque conventus sanctimonialium in Sitzenrode Misnensis diocesis notum facimus universis et praesenti pagina protestamur, quod domino Thilemanno praeposito Budesinensi et scolastico Misnensi vendidimus quatuor lapides sepi mundati quod vulgariter gerant dicitur annuae pensionis iure proprietatis ad ecclesiam nostram provenientes ex titulo donationis dominae Gepae bonae memoriae fundatricis nostrae, qui debentur de quodam banko sito in civitate Misnensi inter bankum domini praepositi sanctae Afrae et bankum domini Conradi custodis Misnensis dicti de Boruz, pro quatuor marcibus minus uno fertone Vribergensis argenti et ponderis in festo beati Martini integraliter persolvendos, ita quod dictus praepositus tamquam proprium de dicto sepo ordinet et disponat, quod suae beneplacitum fuerit voluntati. Dictam autem pecuniam profiteamur nos totaliter recepisse et in usus ecclesiae nostrae utiliter convertisse. In cuius rei testimonium praesentem litteram sigilli ecclesiae nostrae munimine duximus consignandam. Huius rei testes sunt dominus Conradus custos Misnensis dictus de Boruz, Giselbertus prior sanctae Afrae, Conradus longus Thuringus, Conradus de sancto Andrea perpetui vicarii Misnenses, Conradus dictus Smalz, Guntherus, Henricus dictus Steingreber carnifices, cives Misnenses et alii quam plures clerici et laici fide digni. Datum Misnae anno domini M<sup>o</sup>.CC<sup>o</sup>.LXXX<sup>o</sup>.VII. nonas Februarii.

Nach dem Orig. im Stiftsarchiv zu Meissen mit dem Siegel des Convents zu Sitzenrode (Maria mit Jesus, sitzend; Umschrift: S' Sanct Marie In Dirniz.) an einem von der Urkunde abgetrennten Pergamentstreifen.

No. 17. 1287. 24. Dec.

*Markgraf Heinrich eignet dem Domherrn Johann, Sohn des Truchsess Alb. von Borna, ein Haus in Meissen mit dem dahin führenden Wege.*

Henricus dei gratia Misnensis et Orientalis marchio universis praesentem litteram inspecturis in perpetuum. Universa negotia voci testium ac litteris mandata ab